

De Reinmaro de Zweter.

Inter poetas lyricos, quos Germania media aetate multos eosque magnos et excellentes tulit, Reinmarum de Zweter non ultimum locum obtinere, inter omnes constat, quorum de arte poetica, quae eo, quo dixi tempore, apud majores nostros floruit, est iudicium. Nam praeter Waltherum de Vogelweide, summum illum poetam lyricum, vix ullus est in illo numero, in quo summa ergo Deum pietas et morum severitas et admirabilis quaedam tenuioris animi vis et gravitas cum summo patriae amore summaque in notandis perversis ac corruptis aequalium moribus et hominum improbitate ac pravitate castiganda conjuncta sit libertate. Carmina ejus, plena praestantissimorum praeceptorum ac lepore, humanitate, orationis venustate excellentia, non minorem utilitatem quam voluptatem habent. Huc accedit magna festivitas et facilitas orationis, quae sententiis densa, verbis adstricta est neque inane quidquam habet aut redundans. Quum praeterea omnes fere vitae humanae conditiones attingat expressamque illius seculi maginem exhibeat, ex poetis lyricis nullum fere praeter Waltherum, quem supra dixi, ad ingenium et mores hominum illius aetatis cognoscendos plus valere, recte posse affirmare videor. Quae rerum varietas et multitudo quum major sit, quam ut singulas hac descriptione scholastica persequi possim, summas tantum rerum attingam, si prius de hujusce poetae vita et fortuna pauca dixerō.

Natus igitur est Reinmarus de Zweter, ut ipse ait ¹⁾, ad Rhenum, patre, ut videtur Reinmaro majore, qui in numero summorum poetarum lyricorum est habendus, neque tamen locum aut urbem natalem nec annum, quo natus sit, nominat. Iam puer solum vertit, transmigravit enim in Austriam, ubi pater ejus Reinmarus major, qui floruit usque ad annum MCCXX, apud Leopoldum VI ducem graciosus erat, atque ibi a parva urbe Zweter sive Zwetel (nunc Zwettl) cognomen suum videtur traxisse. Postea vero in aula Wenzelii I, regis Bohemiae, versatus est; ipse enim (l. c.) Bohemiam magis propter regem quam propter terram se sibi elegisse dicit, quamquam et rex et terra sibi probetur. Nihilominus autem queritur, neminem praeter regem honorem sibi tribuere; habere se, ut in latruncolorum lusu, unum regem, non equitem neque turrin, nec sibi adjumento esse aut cursorem aut rusticum. Multa praeterea carmina ²⁾ ostendunt, cum improbis, maleficis, fraudulentis hominibus ei conflictandum fuisse. Quae res eum videtur impulsisse, ut Bohemiam relinqueret et ad Rhenum remigraret; certe quidem queritur, Romam duas filias, Moguntiam et Coloniam, male in-

¹⁾ H. M. II. 204b. ²⁾ ibid, carm. 133 — 162.



matrimonium collocasse; maritos earum unum nimis superbum, alterum nimis rerum imperitum esse eosque hic ad Rhenum res domesticas male administrasse. Omnino verisimile est, Reinmarum hunc, morem plurimorum illius aetatis poetarum secutum aliunde alio commigrasse multorumque virorum principum aulas visitasse, quamquam quae illae fuerint, non satis significat. Mortuus esse videtur interregni tempore et sepultus esse fertur Essfeldiae, qui est vicus Franconiae prope Oxovium. Haec fere sunt, quae ex ipsius carminibus de vita hujus poetae colligi possunt.

Iam ut ad ejus opera transeamus, in universum notandum est, Reinmarum in carminibus didacticis componendis maximam partem elaborasse, quod genus carminum tum nomine Sprüche insigniebatur. In quibus stropharum structura et compositio eandem, quae in lyricis carminibus erat, rationem sequebatur, eo autem ab his differebat, quod et versus singuli et strophae longiorem habebant ordinem. Imprimis hujusce Reinmari stropharum structura apud veteres poetas nostros, in his apud poetas artifices (Meistersänger), qui nominantur, nobilitata est nomenque accepit Frau-Ehren-Ton. Harum autem stropharum ea est compositio et ratio, ut duodenis versibus jambicis, qui variae sunt longitudinis, singulae strophae contineantur, singulae vero strophae singulas sententias complectantur easque accuratius explicent. Haec est una stropharum ratio, quam hucus in carminibus didacticis componendis est secutus; neque negari potest, illam rebus, quas tractat, admodum esse accommodatam. Sed tametsi singulae strophae sententiam, quam explicant, absolvunt, saepe tamen plures artissime inter se cohaerent eandemque rem variis modis illustrant. Praeterea unum tantum ejus poema longius exstat, cujus forma et compositio liberior est et quod ad id carminum genus, quae poetae illius temporis nomine Leich insigniebant, est referendum. Quo magis mirum videri debet, quod Marnerus, poeta fere aequalis et Reinmaro supertes, huic objicit, quod aliorum poetarum modos sit imitatus; vocat enim eum Tönedieb¹⁾. Sed hic invidia aut malevolentia ductus multa alia crimina et vitia Reinmaro objicit, quorum non modo nulla in eo significatio, sed virtutes his contrariae apparent. Sed haec hactenus.

Rerum, quas tractat, magna est, ut supra dixi, varietas; quare primum ea carmina persequemur, quibus quid de imperatore, de conditione imperii Germanici senserit, explicat. Incidit enim hujusce poetae vita in eam aetatem, qua gravissimum illud patriaeque nostrae perniciosissimum bellum exarserat, quod inter pontificem maximum, Gregorium IX et Fridericum II gestum est. Nam quum Fridericus II, foedere in S. Germani civitate a. MCCXXV facto, se rei christianae causa expeditionem in Palaestinam a. MCCXXVII esse suscepturum pollicitus et valetudine et aliis rebus impeditus, fidem servare non potuisset, pontifex maximus Gregorius IX sacris ei interdixit²⁾. Nihilominus tamen imperator, etsi Gregorius illam sacrorum interdictionem a. d. VI Cal. Apr. MCCXXVIII renovavit, omnes subditos jureju-

¹⁾ H. M. II. 241 a. ²⁾ Qua de re Waltherus de Vogelweide ed. Lachmann p. 10:

<p>Bot, sage dem keiser sines armen mannes rât, daz ich deheinen bezzern weiz als ez nû stât. ob in eht guotes unde liute ieman erbeiten lât, sô var er balde und kome uns schiere, lâze sich niht toeren;</p>	<p>irre ouch etelichen, der got und in girret hât; die rehten pfaffen warne, daz si niht gehoeren den unrehten die daz rîche waenent stoeren; scheides von in, oder scheides alle von den koeren.</p>
--	---

rando solvit, regno Apulico eum multavit, a. d. III Idus Augustas ejusdem anni in Syriam navibus est profectus, ad quam a. d. VII Id. Septem. classe appulsus. a. d. XVI Cal. April. urbem Hierosolyma est ingressus. Haec dum in terris ad orientem spectantibus geruntur, pontifex maximus Apuliae bellum intulit. Ad has res spectat hoc Reinmari carmen, quo sacrorum interdictionem ille quidem non contemnendam esse censet, sed dubitat, num illa ex integritate et sinceritate animi sit profecta.

Swer bannen wil, (inquit ille) unt bannen sol,
der hüete, daz sin ban iht si vleischliches zornes vol;
swà vleischlich zorn im banne stecket, daz enist niht gotes ban.
Swes ban mit gote ist und in gote,
der wirbet wol nâch gote, als ein gesanter gotes bote;
swer des bannes niht envürhtet, der ist niht ein wiser man.
Der under stôle vluochet, schiltet, bennet,
und unde helme roubet unde brennet,
der wil mit beiden swerten striten:
mac daz geschehen in gotes namen,
so darf sich Sante Peter schamen,
daz er des niht enpflic bi sînen zîten ¹⁾.

Magna enim erat res et difficilis factu, ut, si quis imperatoris observans et studiosus esset, praesertim si rerum statum ac conditionem perspexisset, persuasione sua posthabita, sine ulla exceptione pontificis imperio pareret. Itaque in eadem causa erat Reinmarus, qua fuerat antea a. MCCXII Waltherus de Vogelweide, qui pontificis Innocentii III sacrorum interdictionem nihil curans, imperatori fidem servaverat ²⁾, cujusque exemplum omnes poetae lyrici Germaniae seculi XIII sunt secuti, ex quibus nullus causam pontificis defendit. Huc accedebat, quod Fridericus II magna sua constantia singularique virtute, conjuncta cum liberali munificentia et mente ad poeticon excitata, omnium poetarum animos sibi conciliaverat. Reinmarus quidem summis cum laudibus effert:

Der triuwen triskamer hort,
ein ankerhaft der staete, ein vürgedank ûf ieglich wort,
ein wahter kristentuomes, roemscher èren gruntveste unt grunt,
Ein bilde houbethafter zuht,
ein volliu kruft der sinne, ein sâme saeldebernder fruht,
ein zunge rechter urteile, frides hant, gewisser worte ein munt;

¹⁾ H. M. II 200 b.

²⁾ Hêr bâbest, ich mac wol genesen:
wan ich wil iu gehôrsam wesen.
wir hórten iuch der kristenheit gebieten
wes wir dem keiser solten pflegen,
do ir im gâbent gotes segen,
daz wir in liezen hêrre und vor im knieten.
ouch sult ir niht vergezzen,

ir sprâchent: swer dich segene, si
gesegent; swer dir fluoche, si verfluochet
mit fluoche vollemezzen.
durch got bedenkent iuch da bi,
ob ir der pfaffen ère iht geruochet.

Walth. ed. Lachmann p. 11.

Ein houbet, dem nie smit deheine kröne
vol machen kunde siner tugende ze lône ¹⁾.

Alio loco prudentiam et consilium imperatoris laudans haec dicit:

Sin ören hoerent dur den walt,
sin ougen verrent über velt, sin huote ist manecvalt,
sin merken unt sin melden diu sint ouch swinder danne windes brüt.
Kranches hals, ebers ören, strüzes ougen,
diu driu getruoc nie keiser mè sò tougen
dâ hin gegen siner vinde läge.
er hât der nagel grözen hort:
swaz man im löcher vor gebort,
diu vüllet er mit lanraecher wäge ²⁾.

Tum magna ejus in imperium Germanicum merita multis verbis praedicat ³⁾.

Sed quamvis Reinmarus imperatoris Fridericii II studiosus esset, magis tamen imperii, quam imperatoris salutem sibi cordi esse, plane ac dilucide ostendit. Quum enim Innocentius IV, pontifex maximus, anno MCCXXXV concilio Lugdunum convocato Fridericum II omni honore et dignitate privandum declarasset imperioque multandum ac principes Germaniae novum regem creare jussisset, tum Reinmarus quoque eosdem cohortatus est, si imperatorem, quem imperii non dominum sed custodem et tutorem esse oporteret, nocentem judicarent, ut ei imperium adimerent, neve illius culpa poenas ab imperio repeterent, sed meliorem praefectum et tutorem imperii crearent ⁴⁾. Tum duos principes magnopere commendat, ex quibus illi unum Germaniae regem eligerent, Ericum IV, Daniae regem, qui sanctus cognominatus est, et Wenzelium I, regem Bohemiae ⁵⁾.

Deinceps dicendum est, quid Reinmarus de morum conditione aequalium senserit. Omnia igitur in pejus esse mutata summamque morum pravitatem omnes invasisse queritur aetate propectus; ante illos triginta annos bonos mores, fidem, certum ac simplicem vivendi modum ac legem viguisse, nunc vero odio, invidia, simulata amicitia omnes esse imbutos ⁶⁾; multa nunc honesta haberi, quae antea turpia ac flagitia fuerint, vitiisque virtutum nomina imponi: tenacitatem et malignitatem prudentiam nominari, quemlibet quaestum laudari, impudentem ebriositatem et vinolentiam omnes vitae jucunditates removisse ⁷⁾; in ludum talarium, qui ad rapinam, caedem, furtum faciendum, ad mentiendum et conviciandum impellat et a Dei amore avertat homines, quemque diabolus invenerit, ut Deo hominum mentes criperet, multos tempus conferre ⁸⁾. Si quis magno et excelso animo ac beneficium se praestare velit, eum ab omnibus derideri; impudicitiam laudari nec esse quemquam, quem pudeat, quantopere aut mater aut uxor ipsius infametur ⁹⁾. Quam ob rem Antichristum hortatur, ut tandem aliquando veniat, quum omnes, principes, comites, barones aliique auro corrumpi possint; quum omnes impii

¹⁾ H. M. II. 202 a. ²⁾ Ibid. 202 b. ³⁾ Ibid. carm. 140 et 142. ⁴⁾ Ibid. carm. 143. ⁵⁾ carm. 150 et 151. ⁶⁾ carm. 246. ⁷⁾ carm. 113—14; 116—117. ⁸⁾ carm. 107 — 110. ⁹⁾ carm. 114 — 115. ¹⁰⁾ carm. 176.

sint et obstinatis animis et, vera Christi doctrina relicta, falsam sapientiam, non Christum sequantur; quum omnia venalia sint, imperium Germanicum et ecclesiam, ita ut, quemadmodum Christus olim a Judaeis, sic nunc ille facile vendatur. Ipsius verbo haec sunt:

Wes sümest du dich, Endekrist,
daz du niht kumst, sit al diu werlt sò gar schazgitig ist?
nu hâst du doch ze geben, des si dà gert: gist ir, si git sich dir.
Du funde nie sò guoten kouf
sò nu: dun darft niht fürhten den gelouben noch den touf;
ez ist ir allez veil: sò gar stèt nu nâch guote ir herzen gir.
Jèsus Krist, den è die juden verkouften,
waer er hien erde, ich waene in die getouften
noch verkouften sumeliche.
kom, Endekrist, du rehter gouch:
den pffaffen zuo der kilchen ouch
vindest du nu veile, und roemschez riche ²⁾.

Sed non solum in universum illam morum pravitatem acerbis verbis reprehendit, sed etiam singulis ordinibus vitia, quibus laborent, objicit. Principum graviter vituperat segnitiam, quod locis periculosis gubernatoris i. c. imperatoris imperio obtemperare remosque capere recusent ³⁾; quum imperium Romanum auro venale sit, Venetos decrevisse cavillatur, illud pecunia comparare duci suo, qui potens sit pello ⁴⁾. Esse quidem hic illic paucos homines nobili genere natos, qui Honorem (Frau Ehre) essent secuturi, nisi Honoris comites tam multi essent: fides, constantia, morum sanctitas, cura, pudor, pudicitia, munificentia, fortitudo, verecundia, veritas, obedientia; nunc autem illum errare neque facile ab ullo hospitio excipi ⁵⁾; quum nobilium patrum filii genere, non rebus praeclare gestis nobiles sint, non esse, ubi Honos liberaliter atque humane excipiatur ⁶⁾. Munificentiam (Frau Milde) multos ait habere dominos, servum neminem; dominos esse superbiores, ut eam non animo recipiant, sed sub scamno morentur; melius eam prius cum servis suis vixisse, qui lactissimis animis operam suam illi navarent ⁷⁾. Fidem (Frau Treue) a se ait aliquando inventam esse sub tabernaculo adversam suam fortunam cum Deo querentem, quod ipsa hominibus locupletibus ludibrio, sui autem comites paucissimi essent ⁸⁾. Ludum equestrem exercere prius equitibus decorum fuisse, nunc vero taurorum more institui; exerceri enim cum summo venustarum feminarum dolore acutis telis; quum antea nemo alterum propter equi stragulum interfecturus fuerit, nunc ob tale facinus omnes sibi viros fortes videri ⁹⁾. Armigeros adeo a pristina consuetudine degenerasse, ut furari, cripere, incendium facere honori sibi ducant ¹⁰⁾; amplius mille eorum mutilandos et suspendendos esse, ut illi ad pristinum illum morem honestum revertantur; justi atque aequi servantem dominum vix famulum sibi parare posse; hunc enim in illum tam inimico infensoque animo esse, ut super dominum manus suas lavare velit ¹¹⁾.

¹⁾ carm. 136. ²⁾ conf. carm. 133. ³⁾ carm. 195. ⁴⁾ carm. 147. ⁵⁾ 71. 72. ⁶⁾ 81. ⁷⁾ 120.
⁸⁾ 196. ⁹⁾ 106. 123. ¹⁰⁾ conf. Walther. p. 24. ¹¹⁾ 141.

Nec vero solum vituperat mores corruptos, sed etiam sapientissima vitae bene atque honeste instituendae praecepta tradit. Baro, inquit ille, esse debet honoris famulus, fortis in rebus gerendis, munificentiae ac liberalitatis studiosus, disciplinae et modestiae verecundiaeque servus; adolescens dives studere, ut fortis ac strenuus amoreque dignus sit, his enim virtutibus defenditur et arcetur a petulantia et animi inconstantia; pecuniam et magnum animum eum oportet habere aequabiliter, neque est, quod homo locuples, qui nulla laude dignus sit, munifico et liberali invidet¹⁾. Tum commendat studium honoris et bonae estimationis magnasque illas virtutes et bona, quae ex pudore profisciscuntur, magnopere praedicat. Inter alia haec sunt digna, quae hoc loco commemorentur:

Swaz diu vil reine Trinität
gotlicher dinge ze himele unde hie begangen hât,
dâ was diu Ère mite, diu sundert sich von gotes hulden nie.
Diu ère ist aller saelden stam,
si wildet ie unbilde unt was den rehten vuogen zam,
gelenke guoten dingen unt missewende widerbrühtig ie.
Ir kraft diu hëren gotes tougen kroenet,
ir wirde die engel tiuret unde schoenet;
dâ von rât ich, daz ir si èret.
wol im, der ir ze rehte pfliget,
der hât vor gote unde hie gesiget:
si, gotes zart, lip unde sèle gehèret²⁾.

Contrariam esse rationem incuriae ac negligentiae honoris. Qua de re hoc carmen:

Swaz in der werlte noch geschach
untriuwen und unbildes, swâ man vride unt suone brach,
dâ was Unère mite; diu pruoftte ie mit willen missetât.
Unère schwachet wib unt man,
unère der werlte lop noch gotes hulde nie gewan,
von rehte tuonden dingen unère sich ie her gesundert hât.
Unère senket in der helle abgründe,
unère ist aller valschen dinge urkünde,
unère unkristenlichen sinnet,
unère ist èweclicher töt.
unère prüvet wernde nôt:
waz sol sîn leben, der dich, Unère, minnet³⁾?

Neque minus munificentiam et liberalitatem laudat⁴⁾. Nobilis est, inquit, qui honeste facit; si quis nobili genere natus honestate et liberalitate excellit, auget nobilitatem generis sui⁵⁾. Deinde imaginem perfecti viri exprimit: eum oportet esse, inquit, erga suos plium, providum in loquendo, pura lingua; scire, quid fugiendum et sequendum sit, fortem in

¹⁾ carm. 88 — 63. ²⁾ carm. 77. conf. 75 — 76. ³⁾ 78. ⁴⁾ 118 — 123. ⁵⁾ 79 — 82; conf. 95.

repulsandis injuriis se praestare; loco ac tempore et opibus suis alios adjuvare et eas servare ac retinere; si tempus et necessitas postulet, irasci; aut ut ipsius verbis utar:

Strüzes ougen sol ein man
dur lieplich angesiht gegen den sinen gerne hân,
und eines kraniches hals dur vürgedenken, waz er sprechen müge;
Sin zunge sol ouch sin géschaben
dur worte gar âne vleckten, der sol er gern; und sol ouch haben
dur hoeren swines ôren, wâ im ze stânne und ouch ze vlichen tûge;
Löun herze durch wer; ein hant nâch dem arn,
dien' sol er vor der milte niht ensparn;
die nâch dem grifen dur behalden;
bernvüeze durch den zorn.
also hân ich den man erkorn:
swelch man daz hât, der mac wol manheit walden¹⁾.

Dei gratia omnia bona accipimus, puras et sinceras cogitationes, voluntatem et vitam deique amorem²⁾. Quum Dei imagines ac simulacra simus³⁾, cavendum est a peccato, et quum ante oculos Dei versemur, pudere nos oportet peccati⁴⁾. Tria sunt summa peccata, superbia sive animi sublimes, immodestia, tenacitas; vitam aeternam consequitur, qui Deum amat ejusque praecepta servat⁵⁾. Omnia autem peccata poenitentia et vitae mutatione corrigi iisque venia impetrari potest, non vero, si vera et recta fides et religio homini eripiatur; quare videndum est, ne haeretici nos in errorem et frandem inducant⁶⁾. Haereticus autem est et demens, qui in ea est sententia, ut alios ad coelum, alios ad implorum sedem ac regionem a Deo destinatos esse putet eoque nihil interesse, utrum recte an perperam faciat, et peccata sua eo excusat, quod aliter facere non possit, quum ita a Deo sit comparatum⁷⁾. Quapropter monet, ne sacra mysteria anxie et sollicite scrutemur et in dubium vocemus.

Ez ist ein wâc, (inquit), der lât sich waten
daz lamp unt muoz der helfant da bi swimmen mit unstaten;
der wâc ist dem helfande gar ze tief, dem lambe vürtlic wol:
Der wâc daz ist der kristentuom,
den man einvaltlic waten sol âne üpplichen ruom;

¹⁾ 100. conf. 99. ²⁾ 10. ³⁾ 139. ⁴⁾ 193. ⁵⁾ 191. ⁶⁾ 132. 39. Imprimis praeclarum est hoc carmen:

Ein brunne ûz herzen grunde gât,
der vor der heizen helle vil manic sêle behüetet hât;
er diuzet in die hoche, sich vrâuwet sin wol allez
menschlich her;
sin ûnde die sint sinewel,
er vliuget in der riuwen pfat und ist dur ougen snel,
er ist vor Kristes muoter noch brieter dan daz
wilde Lebermer.

swer nu welle werden âne sünde,
der senke in vaste unt habe sin guote künde;
er leschet êweclîchez dûrsten,
wanne er ist lâter unde klâr:
swelch sûnder in geleiten tar,
der mac wol werden zeime himelfürsten. (256.)

⁷⁾ 87. 177.

der helfant ist der tumbe man, der mër wil wizzen dan er sol.
Swer mit dem lambe einvaltlichen wüete,
der wurde nimmer swimmt in der vlüete
der grundelösen gotestiefe;
der helfant ist der tumbe man,
der mër wil wizzen, dan er kan,
unt swimmen wil, dà er wol trucken liefe ¹⁾).

Nec feminis praeclarissima et optima praecepta dare negligit. Ac primum quidem eas summis laudibus effert; pulchriores eas esse ait omnibus aliis rebus ac sole praestantiores, Deum enim illas, qui ex iis unam sibi matrem elegerit ²⁾, ad summam perfectionem finxisse, ita ut nemo earum virtutes laudibus aequare possit, quam ob rem quaecumque femina sancte vivat, eam angeli instar esse ³⁾. Deum amare, gaudium et dolorem placide ferre, casto animo amare, denique omnibus virtutibus studere, eas esse virtutes, quae feminas deceant; quas virtutes quae colant, similes eas esse sacrae illi patinae, quae Gräl nominetur, quae Parcifalo praeferri sit solita. Quas sententias quum elegantissimis verbis efferat, haud alienum videtur, strophas, quibus eae continentur, hic describere.

Waz kleider frowen wol an stè?
des wil ich iuch bescheiden. ein hemde wiz alsam ein snè;
daz ist, daz si got minne, und habe in liep: dèst wol ein rîchez kleit.
Dar obe sol sîn ein roc gesniten,
sò daz si liep und leit sol tragen mit vil kiuschen siten.
ir gürtel si diu minne; ir vürspan, daz si tugende si bereit;
Diu ère ir mantel, daz er an ir decke,
ob iht des si, daz wandels an ir blecke.
ir rîse daz sol sîn ir triuwe;
dar obe ein schapel von der art,
daz si vor valsche si bewart.
si saelic wip! der lop ist iemer niuwe ⁴⁾.

Man tuot uns michel wunder kunt,
wie man für Parcifâlen truoc mit zühten manger stunt
den grâl von arte rein, des wunsch was allen künicrîchen obe.
Dem grâl ich wol gelîchen wil
ein reinez wip: der kiusche reichet wol des grâles zil.
diu sich vor valsche vrit, diu wirt geziert wol nâch der wîsen lobc.
Wil ieman nâch dem niuwen grâle strîten,
der sol sîn kiusche, milte zallen zîten,
als alle die des grâles pflâgen
und noch vil guoter frowen pflêgen.

¹⁾ 33. conf. 173, et Walth. de Vogel. p. 44. ²⁾ 37. ³⁾ 34 — 35. ⁴⁾ 41.

wirt dem ein reiner wibes seggen,
der ist vri vor Schanden und ir mâgen ¹⁾).

Ex puro et casto amore summas virtutes proficisci Reinmarus censet, emendatos mores, constantiam, honestatem, clementiam, pudorem, fidem, alias ²⁾, neque dubitat, matrimonium omni ecclesiasticorum ordini potiore ac superiore iudicare; quod ita esse qui neget, eum mentiri contendit ³⁾.

Jam satis multa mihi attulisse videor, ex quibus intelligi possit, Reinmarum et graviter et eleganter docere, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non. Restat, ut dicendum sit, quid de statu et conditione ecclesiae, qualis tunc esset, senserit. Salutem ecclesiae ei magnopere cordi fuisse, ex eo carmine apparet, quo summum pontificem monet, ut diligenter inspiciat, num omnes Ecclesiasticorum ordines sani sint; usitatum esse munerum ecclesiasticorum nundinationem eorumque fiduciaras mancipationes, quae vitia non minus quam haeresis ab ecclesia procul abesse debeant ⁴⁾. Quare Gregorio IX mortuo (MCCXXXI) optat, ut Dei beneficio summus pontifex eligeretur, qui recte viveret et ab illa munerum ecclesiasticorum nundinatione abhorreret ⁵⁾. De discordia et simultate, quae fuit inter hunc, quem dixi, summum pontificem et imperatorem Fridericum II., paulo ante sermo fuit; praeter ea, quae ibi allata sunt, huic pontifici alia objicit vitia. Patris i. e. pontificis, inquit, et filii (i. e. imperatoris) enses inter se dissident magno et ipsorum et nostro incommodo; ille enim (patris ensis) ab Huegelino (pontificis enim nomen fuerat Petrus Huegel) contra imperium Germanicum evaginatur et, si pro imperio pugnaturus est, auro acuendus est; st. Petrus olim aliter eo usus est, ac nunc Petrus Huegel, neque pati debuit, hunc summum pontificem eligi, qui aurum sectatur, quum st. Petrus nihil nisi homines ceperit ⁶⁾. Quod opprobrium in ipsum pontificem non cadit, quippe qui nunquam auro corrumpi potuerit ⁷⁾. Duorum autem horum ensium quae sit ratio, copiosius explicat his duobus carminibus.

Ein meister der hât uns geslagen
zwei swert, die zwêne künige wol mit èren möhten tragen,
gemachet volleclich von höher kunst, und sint wol vollekomen;
Geliche lanc, geliche breit,
ze trôste und ouch ze helfe der vil edelen kristenheit;
si sint unschedelich und mugen den getriuwen wol gefromen.
Stöl unde swert sint si genennet beide;
si bedurfent niht, wan einer scheidet ⁸⁾.
an in sich niemann mac versniden
wan der dâ lebet sunder vorht.
erst listic der si hât geworht.
ir heider slege mac man vil gerne miden.

¹⁾ 42. conf. 36. 37. ²⁾ 51. 32. ³⁾ 250. ⁴⁾ 150. ⁵⁾ 223. ⁶⁾ 157. ⁷⁾ Vid. Raumer Hohenstaufen III. 89. 135. 159. 153. 412 sqq. ⁸⁾ i. e. pontificem et imperatorem inter se pugnare non oportere.

Daz eine daz gehoeret an
dem bābeste, der mit dem vluoche sere twingen kan:

mit im und mit dem banne sol er vaste drōwen zaller zit.

Daz ander sol ein keiser nemen:

stuol unde swert und ouch daz rich mac ime wol gezemen:

sol er gerihtes walten, sō mac er niht blihen āne strit.

Ir fullemunt der edelen kristenheite,

sant Peters kempf, des sī ir guot geleite,

daz die gerechten überwinden

die rechtes widersacher sint:

des bitet maneger muoter kint,

hilt, herre got, daz wir gerihte vinden ¹⁾.

Quoniam autem alterum ensem summi pontificis, alterum imperatoris sit, illum injuste facere ait, quod utroque pugnare velit ²⁾, qua re Vridankus utramque et pontificis et imperatoris potestatem esse interituram contendit ³⁾. Christum in terris per tres et triginta annos paupertatem et humilitatem pertulisse dicit, cujus exemplum omnes homines imitari oporteat; nescire se, num uni pontifices excipi possint, ita ut sine peccato aurum, argentum imperiumque habeant ⁴⁾. Quam eandem sententiam eodem fere tempore potulerunt Vridankus ⁵⁾ et Waltherus de Vogelweide ⁶⁾ aliique poetae, quae tamen sententia profecta est ex eo, quod ignorabant, quanta mutatio rerum et temporum esset facta. — Tum pergit, pontificem maximum multos habere locupletes liberos, quos amet; ut ipse omnia bona illis precetur, ita illi facultates suas cum eo partiri; eos a summo pontifice haud libenter castigari facileque divites sacrorum interdictione liberari, quum homines pauperes, quamvis querantur et jus suum persequantur, coelum ipsum combussisse accusentur ⁷⁾. Ius et Injuriam orbem terrarum ejusque incolas inaequaliter divisisse; Injuriam multo plures habere comites ac socios et summum pontificem ei arridere, ita ut laus Romana male se habeat; sed tamen miserum Ius contra personatam Injuriam pugnare ⁸⁾. Primatum i. e. electorum ex ordine episcoporum habendi cupiditatem et avaritiam graviter accusat. Navicula Christianorum, inquit, fertur per mare turbulentum hominum impiorum, illi autem rem christianam negligunt neque curant, quorsum ea sit evasura; dona et munera, non, sanctum Petrum imitantes, homines capiunt, quos peccatis relinquunt ⁹⁾; quibus verbis triste illud tempus interregni

¹⁾ 212. 213. ²⁾ 129. ³⁾ Vridank. ed. W. Grimm 152, 12–15. ⁴⁾ 128. ⁵⁾ Vridank. p. 148 sqq.

⁶⁾ In hanc sententiam inter alia hoc queritur:

kūnc Constantin der gap sō vil,
als ich ez iu bescheiden wil,
dem stuol ze Rōme, sper, kriuz unde krōne.
Zehant der engel lūte schre:
owè, owè, zum dritten wè!
ê stuont diu kristenheit mit zūhten schōne:
Der ist ein gift nū gevallen,
ir hōnc ist worden zeiner gallen.

daz wirt der werlt her nāch vil leit,
alle fürsten lebent nū mit èren,
wan der hoeste ist geschwachtet:
daz hāt der pfaffen wal gemacht.
daz sī dir, sūezer got, gekleit.
die pfaffen wellent leien reht verkèren.
der engel hāt uns wār geseit.

Walth. de Vogel. p. 25.

⁷⁾ 133. ⁸⁾ 154. ⁹⁾ 171.

significat, quo imperii aemuli inter se obtrecebant et quum alios tum episcopos electores pecunia corrumpebant.

In monachis quidem improbat, quod multi eorum in aulis principum et aulicorum more vivant ¹⁾.

Ne quis vero Reinmarum animo rei christianae infenso atque inimico fuisse putet, sacra et mysteria christiana multis carminibus illustrat et celebrat ²⁾, in quibus inest summa sanctitas et religio. Qua re haud alienum mihi videtur, unum carmen, qua nomen Mariae quid significet, docere conatur, hic describere,

Maria ist ein süezer name,
sò saeldenvrühtic unt sò rehte wunnesame,
zu dem suln wir gedingen, an dem lit unser saelden hôch gewin.
Der erste buochstap ist genant
ein M, dà von uns schuldehaften wesen sol bekannt,
daz si Mediatrix heizet, daz spricht en tiutschen: si ist ein süenaerin
Ir milte süenet uns viel mange schulde,
ir güete ist aller güete ein übergulde,
si macht ir kindes zorn uns linde
unt gît vür sünde guoten rât,
si tilget unser missetât:
des loben wir die muoter mit dem kinde.

Waz nû der ander buochstap si?

ein A: Auxiliatrix ist dà betiutet bi,
helfaerin genennet: ir helfe suln wir gemeine nemen war.
Mit wiser vorbedaehtikeit
wart ir der name geformet unt vor maneger stunt bereit
von dem, den si ze tröste der kristenheit an dise werlt gebar.
Er was ir kint, ir vater, ir schepfaere;
wol dem wunder, daz der wunderaere
gewundert hât an der vil süezen,
sît er kan kint unt vater sin!
daz wunder tuot uns helfe schîn:
si helfaerin, si kan wol helflich grüezen.

Der dritte sol ein R sin,
daz sprichet Reparatrix, sist ein widerbringaerin
vil maneger armen sêle, diu anders waere verlorn iemermê.
Ir widerbringen was sò stare,
daz sich diu klâriu gotheit in ir kiuschem libe barc,

¹⁾ 151. Similiter Walth. d. Vogel: p. 30.

Unmäze, nim dich beidiu an, . . .
pfalliche ritter, ritterliche pfaffen;

²⁾ vid 1 — 22. et carmen varium (Leich), alia.

mit den solt dû dinen willen schaffen
ich wil dir si gar ze stiure geben.

dà mit si uns widerbrächte in menschen bilde ûz jâmerberndem wê.
Swer ir des widerbringens nû gedenket
und ir mit heizen trehenen wider schenket
ûz riuwegem herzen, daz sint sinne.
si widerbringt liute vil,
swer im und ir getrûwen wil,
er mehtic kunic, si mehtic kûniginne!

Der vierde ein I geheizen ist:
daz sprichet Illuminatrix; du wil saeldenriche, bist
erliuhtaerin genennet: nie reiner name von vrouwen wart gelesen.
Din lip brâht uns des liches schîn,
dîn lieber sun uns löste von der finsternisse pin,
dà wir âne wunne und âne ende müesten sîn gewesen.
Alsô durchliuhtic sô was dîn gemüete,
daz gotes geist ûz dînem herzen blüete.
nu erliuchte ouch unser trûchez herzen,
daz wir in dem gelouben vri:
durch sîne sûezen namen dri
behüete er uns vor êweclichen smerzen!

Der vünfte und ouch der jûngste wol
von schulden ist ein A: Adjutrix man si heizen sol,
schirmaerin genennet, ein helfaerin vûr endelôse nôt.
Maria, muoter, reiniu meit;
ein schirm vor sûndenwerken, von dir ein schirmer ist uns bereit,
er helfer siner weisen, du helfaerin vûr jâmerbernden tôt.
Nim uns, hilf uns, bringe uns von dem blicke,
erledige und erloese uns von dem schricke,
den wir hân zuo dîns kindes gerihte.
swer dà vor urteile wirt ernert,
derst ganzer vrôuden unverhert:
got, uns gewer der selben zuoversihte¹⁾!

Priusquam huic scriptioni finem imponam, haud alienum mihi videtur, imaginem Reinmari, quae in Ms. Manessiano exstat, hic describere, ut quae ejus ingenio maxime sit accommodata. Sub medio enim trium arcuum cacuminatorum, sub quibus ab antica parte clipeus, a postica parte galea conspicitur, poeta hicce barbatus, eleganti galero brevibus cirris imposito et ampla tunica pellicea interiori tunicae superinjecta, in sella altiore sedet, ita ut dextra manu et sinistro cubito genu dextrum prematur et manu inversa sinistra gena innitatur; oculi sunt clausi aut potius, quum non dormiat sed secum meditetur, in terram demissi. In pulpito pinnis circumdato, in quo ejus sella est, ad pedes ejus puellula coronata

¹⁾ 238—242.

longis cirris sedet et in volumine de genibus longe dependente stylo scribit; exadversus eam in gradu pulpiti illa inferior puerulus coronatus brevibus cirris sedet, pede pedi imposito, in libello evoluto genuque innixo scribens. Haec imago ingeniosum hunc et sollertem poetam praeceptorem juventutis et feminarum et virorum commodissime effingit maximeque illi carmini ejus convenit, quo vita occidente pueris amoena eademque severa se dare praecepta dicit et brachio innixum honorem sequi:

In miner abent zît ich bin,
unt trage doch jungen liuten gar junclîchen morgen schin;
ich lege mich ûf minen arm, unt spanne doch nâch èren wol.
Min abent sunnenschin ist bleich;
ist aber der jungen morgen rôt, dà bi ir ellen weich,
sô wirt ir lip gemaches rich, dà bi an èren selten vol.
lunc man, nu wis vrô, unde doch mit zûhten.
ûlfheit ist eine suht ob allen sùhten
an jungen ère gernden liuten;
ûlfheit erziuhet jungen lip,
sô daz got noch reiniu wip
in niht mogen geminen noch getriuten²⁾).



[Faint, illegible text from the reverse side of the page, likely bleed-through from the other side of the leaf.]